

6084 4 in achate. Grottammare in Piceno in  
praedio Paccaroni rep.

Pegasus  
ANTIPHILVS

(Mascaretti) *mem. stor. di Grottammare* (1841)  
p. XII.

5 [= 7] Pentimae rep. a. 1778.

DOMITI  
ES VTERE  
FELIX

Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 164.

6 [= 9] Pontelandolfi rep.

EΨYCH

Garrucci *Bull. Nap.* V p. 71.

7 [= 10] Aeclani rep. [fuit apud Guarinium].

HILARO  
S

Guarini *alc. nuovi mon. Ecl.* 1817 p. 14, *sugg.*  
p. 74.

6084 8 [= 11] Aeclani rep.

PAV  
LE VI  
VAS

Guarini *spic. Ecl.* p. 14, *comm.* XII p. 12,  
*sugg.* p. 76.

9 [= 12] Aeclani.

R E  
STITVT  
ES

Guarini *app. ai mon. ant. spieg.* 1828 p. 3.

10 in onyche. Luceriae.

laurea  
< · S T  
G · STL<sup>A</sup>  
< · S T

Garruccius dedit mihi ediditque syll. n. 2288.

11 corniola. Luceriae.

caput apri  
P · TAGVL

Garrucci syll. n. 2289.

6084 12 [= 15] Aeclani.

THISBE  
MATER

Guarini *iter vag.* p. 29, *iter vag. mans.* I  
p. 16. — Hoc loco est THISB·F·

13 corniola a lettere incavate. Beneventi.

TIT  
VIV

Ex schedis Vinc. Colle de Vita.

14 gemma rep. in Apulia.

cornu copiae  
C · VERAT IVS >

Victorius Poggi descripsit misitque per Helbi-  
gium.

15 [= 14] Aeclani.

caput Stilichonis (?)  
STI · I · P · M

Guarini *ric. Ecl.* p. 57, *sugg.* p. 76.

### Vacula vitrea.

6085 1 in manubrio vitreo. Atri [apud Cherubinium].

APTAC) (ARTAS  
CEIAΩ) (SIDON

Cherubini apud Minervinium *Bull. Nap.* N. S. 6 p. 8 et Fiorellium  
*Notizie degli scavi* 1877 p. 210.

6085 2 lagoena vitrea. Vasti rep. a. 1867 in via Palazzino.

S G

Marchesani *gab.* p. 72 n. 173.  
'Aut c aut g' March.

### Glandes Asculanae et reliquae Picenae

a. u. 664 et 665,

editae a Carolo Zangemeister.

Glandes Latinas tam Asculi quam alibi repertas cum in Ephemeride epigraphica vulgandas parassem, huius voluminis ea pars imprimi coepta est, qua glandes Asculanae comprehendendae essent. Itaque Mommseno roganti morem gessi earumque editionem meam hic seorsum excudendam curavi, exclusis tamen tabulis, quae ad Ephemeridem confectae sunt. Ibi enim et genuinarum et spuriarum glandium exempla photographa repraesentanda fuerunt, ut ad hanc rem cum editorum priorum erroribus tum falsariorum fraude in controversiam adductam et adhuc tot disceptationibus agitatum, tandem diiudicandam praesto essent imagines arte mere mechanica factae et ab omni legentis et edentis additamento plane liberae. Sed hoc ut non dubito quin ad eam quaestionem utile sit et in illa editione necessarium, ita ad huius voluminis institutum satis visum est imagines (et eas quidem a me delineatas, non photographice exceptas) proponere earum glandium, quarum aut vestigia typographus imitari non potuit aut lectio parum certa mansit aut denique

earum, quae cum ab aliis non recte lectae essent, imaginem tamquam interpretem lectionis a me propositae requirerent. Certas et indubitatae lectionis quae sunt, eas plerumque typis solis repraesentavi, paucissimarum imagines addidi, in primis eo consilio, ut earum quoque specimen haberes, quo cum falsis quibusdam divulgatis comparato illae a genuinis quantum differant facile intellegere posses. — Imagines glandium ipsarum magnitudinem exhibent.

Glandium Asculanarum prima notitia debetur Lipsio, qui Poliorceticon libro IV c. 3 extr. editione anni 1605 'aliquot, inquit, nuper repertae sunt prope Asculum in flumine Triunto' [corr. Truento]. Paulo post Georgius Gualtherus in 'Siciliae antiquae Tabula' iterum edita Messanae 1624 vel 1625 *comm.* p. 26 (editio prima, cuius nota exemplaria titulo carent, ad haec non inspecta est), teste Sebastiano Andreantonelli Asculano in amne Castellani erutas esse tradidit, ipse nonnullas vidit Romae apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum. Idem